Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Secundo

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

splendore charitatis. Sicut quando tale accipit
ut tartarus. Sicut quando in tantum caliginem ta-
lem involuit mundus. In valore est vere non
debitor effector est et destructor. Non peccator
sed praedator. Judicem videmus non supplicem. Ut
pugnet non succumbet. Eripe nos in manus. De sancto

Secundus dicitur quasi se colens, id est se
honestate morum componens. Vel secundus
quasi secedens, id est abscondens, id est mandatis
domini se obtemperans. Vel secundus quasi secus dux.
Fuit enim secum dux quia sensualitati suae
praefuit et ipsam ad omne bonum perduxit.
Vel secundus dicitur quia primus. Duae enim viae sunt
eundi ad vitam: prima per primae lamentum, secunda
per martyrium. Iste autem martyr pretiosus non so-
lum venit per primam sed etiam per secundam. De sancto secundo

Secundus miles strenuus sed Christi athle-
ta egregius et martyr domini gloriosus in
civitate Astensi martyrio corona-
tus est. Cuius gloriosa praesentia praedictam civi-
tas illustratur et eo velut singulari
patrono laetatur. Hic a beato Calocero qui
a Sapritio praefecto in civitate Astensi
in carcere tenebatur fidem Christi edoctus est. Cum
ergo beatus Marcianus Viticonensis civitatis
teneret in carcere, Sapritius ille per fallaciam
voluit ut faceret immolare. Secundus
autem tamquam causa solatii et praefectus verum Mar-
cianum videre desiderans. Cum ergo extra civi-
tatem fuissent columba super Secundum de-
scendit et capiti eius insedit. Cui dixit
Sapritius: Vide Secunde quomodo deus tuus
te amat ut etiam aves celestes ad te
visitandum transmittat. Cum autem ad Ta-
nagrum flumen pervenissent vidit
Secundus angelum domini super aquam ambulan-
tem et sibi dicentem: Secunde fidem habens et sic
super idolorum cultores ambulabis.
Cui Sapritius: Frater Secunde, deos audio quod te
loquentes. Cui Secundus: Ambulemus ad de-
siderium cordis tui. Cum ad Burmiam
flumen pervenissent angelus sibi iterum
dicens apparuit eique dixit: Secunde credis in
deum an forte dubitas. Cui Secundus: Cre-
do veritatem passionis eius. Cui Sapritius:
Credo est quod gaudio. Cum autem Terdonam in-
grederentur Marcianum ad portam angelus
de carcere educens Secundo apparuit eique dixit:
Intra Secunde viam veritatis et perge ut ac-
cipias palmam fidei. Sapritius dixit:
Cuius est hic qui nobis quasi somnium
loquitur. Cui Secundus: Tibi somnium sed
mihi ammonicio et confortatio est. Post hec
Secundus Mediolanum venit et Faustinum et Io-
vitam qui in carcere detinebantur angelus domini
ad se extra civitatem adduxit et ab eis
baptisma quadam nube aquam praebente
suscepit. Et ecce subito columba
de celo venit et corpus et sanguinem domini
deferens ei Faustino et Jovite tribuit.
Reddit autem Faustinum corpus et sanguinem domini
Secundo ut ad Marcianum deferret. Re-
diens ergo Secundus cum iam nox esset et advenisset
prope Padum venit angelus domini frenum
equi accipiens super Padum ipsum transvexit
et usque ad Terdonam perducens in carcerem
ad Marcianum ipsum introduxit. De-
ditque Secundus Marciano munus Faustini
et ipse consumens dixit: Corpus et sanguis
domini nostri Jesu Christi mecum sit in vitam eternam.
Tunc ad mandatum angeli Secundus de car-
cere exiit et ad suum hospicium venit.
Post hec Marcianus capitalem sententiam acce-
pit et Secundus corpus eius rapiens sepeli-
vit. Quod audiens Sapritius ipsum ad se
vocavit eique dixit: Christianum video esse
te ut perhibes. Cui Secundus: Vere christianum pro-
fiteor me esse. Cui Sapritius: Christiani
malam mortem desideratis. Cui Secundus:
Illa est potius debetur. Cumque sacrificare

nollz iussit eum expoliari. Statimque an
gelus domini affuit ibi et vestem sibi praebuit.
Tunc Sapricius ipsum suspensum in eculeo tam
diu torqueri fecit donec ei brachia a suis
compaginibus solverentur. Sed cum sanitati
fuisset a deo restitutus. iussit eum in car
cerem recludi. Ubi dum esset. angelus domini
ad eum venit eique dixit. Surge Secunde et
sequere me et ducam te ad creatorem tu
um. Tunc ipsum usque in civitatem Astensem
perduxit et cum in custodia ubi erat Calocerus
et salvator cum eo posuit. Quem videns
Secundus ad eius pedes se prostravit. Cui sal
vator. Noli timere Secunde quia ego sum
dominus deus tuus qui te de omnibus malis
eripiam. Benedictisque eis ascendit in ce
lum. Mane igitur Sapricius ad carcerem mi
sit. Qui carcerem quidem signatum
invenit. Secundum non invenerunt. Pergens
autem Sapricius Derdona ad civita
tem Astensem ut saltem Calocerum puni
ret misit ut presens Calocerus sibi
presentaretur. Et ecce renunciaverunt
sibi quod Secundus cum Calocero esset. Quo
audito eos ad se adduci fecit eis
que dixit. Quoniam dii nostri sciunt vos esse
contemptores suos. vos in simul mo
ri volunt. Cum autem sacrificare nol
lent pice et resina liquefactis fecit et
super eorum capita fundi et in os eorum iac
tari. Illi autem hec tamquam aquam suavis
simam cum magno desiderio bibebant
et voce clara dicebant. Quam dulcia
fau. m. elo. t. domine. Tunc Sapricius super
eos dedit sententiam. ut Secundus in civi
tate Astensi decollaretur. Calocerus
vero Albinganum mitteretur et ibidem puni
retur. Cum autem beatus Secundus decollatus
fuisset. ecce angeli domini corpus tulerunt
et ipsum cum multis laudibus et cantu se

pulture dederunt. Passus est autem iii. kal.
aprilis. De sancta maria egyptiaca

Maria egiptiaca que peccatrix
appellatur. xlvii. annis in
heremo artissimam vitam duxit quod cepit
annos domini. cc. lxx. tempore Claudii.
Quidam autem abbas nomine Zozimas
dum Iordanem transisset et heremum
magnum perurreret si forte aliquem
sanctorum patrum inveniret. vidit quen
dam ambulantem nudo nigroque cor
pore et exurendio solis exusto.
Hec autem erat Maria egipciaca.
Statimque hec fugam arripuit et Zozi
mas post eam velociter currere cepit. Tunc
illa ait. Abbas Zozimas pater. Quid
me persequeris. Ignosce mihi quia non possum
ad te faciem meam vertere eo quod mulier
sim et nuda. Sed pallium tuum mihi por
rige ut possim sine verecundia te
videre. Qui se nominari audiens stu
pefactus pallium tribuit et in terram prostratus
ut se benediceret rogavit. Cui illa. Ad
te pater benedicere magis spectat quem sacer
dotii dignitas ornat. Ille ut audi
vit quod nomen et officium eius sciret
amplius mirabatur. et se benedici
obnoxius petebatur. Tunc illa. Benedictus
deus dominus redemptor animarum nostrarum.
Cumque illa extensis manibus oraret.
vidit eam unius cubiti mensu
ra a terra levari. Tunc senex dubi
tare cepit ne forte spiritus esset et fingen
do orationem faceret. Cui illa. Parcat
tibi deus qui me peccatricem mulierem
immundum spiritum existimasti. Tunc Zozi
mas illam per dominum coniuravit ut condi
tionem suam deberet ei enarrare.
Cui illa. Ignosce mihi pater. quia si tibi
statum meum narravero velud